

110

PIÆ MEMORIÆ
OPTIMÆQVE AC MULTÆ SPEI
ADOLESCENTULO
JOANNIGERET
V I R I
SUMME REVERENDI AMPLISSIMI nec non
DOCTISSIMI
DOMINI
CHRISTOPHORI
ANDREÆ GERET
REV. MINISTERII THORUN. SENIORIS
MERITISSIMI
ut & Consistorii Sambiensis in Regno Prussæ Consiliarii Dignissimi
FILIO CARISSIMO

*Die 14. Julij horis ante-meridianis a. c. 1734.
post multos eosque acutissimos ex oculorum cæcitate
exantlatos dolores*

Anno floridæ ætatis nono
de tenebrosa hac lacrymarum valle
ad lucidissimos Sionis montes
lento sed acerbo ac simul beato
mortis genere translato
dieque seqv. 18. mensis ejusdem
ceremoniis Christicolas decentibus
tumulo illato
metra hæc qualiacunque ad contestandam vere
super fata hæc nimis præcocia
animi sui tristitiam
crena & vena lugubri adponere
voluit debuit
HEINR. REICHEL.

THORUNII
Impressit Ioh. Nicolai NOBIL, SENAT. & GYMN. Typographus.



Atura rerum militat efficax
In fata semper, dum nimis huic brevem
Vitae fugacis, tardiorem
Instruit huic bene-prona scenam.

Natura rerum militat efficax
In fata, multis fluctibus obruens
Nautam marinis hunc, sed illum
Incolumem patriæ fovendo.

IN
Natura rerum militat efficax
In fata porro, Marte sat aspero
Multi cadunt dum saepe, multi
Stantque manentque, favente Marte.

21
Natura miscet funera juvenum
Spem præter omnem funeribus senum,
Miscet piis pro velle multam
Sæpius ac reprobam cohortem.

Natura raro háut sed quoque candidis
Perdura miscet (liberum id est, DEO
Rectore, naturæ) Ministris
Fata, quis hæc nimis alta novit ?

Fatalia o ne talia prodere
(Sed prodo nullus dum satis hæc patent)
Ploranda deberem indolendo,
Quæ Tibi, Vir Reverende nota,

Quin nota cunctis civibus insimul
Ex hoc (†) JOANNEM quo prece filium
Visu carentem sede sacra
Hactenus usq; DEO obtulisti.

(†) JOANNES per anagr: en, is Nœa.

Quis

Quis Te dolor, quis mæror amarior
Quis multus angor pectus id anxium,
Hoc stante casu vere acerbo,
Attigerit DEUS Ipse norit.

Multis amasti amplexibus hunc tuum
Natum, Patri ceu congruit optimo,
Contra minus non hunc amavit
Fons & origo Paterq; amoris.

Vter prior nunc, dic, in amore sit,
Tu, qui minor longe Domino tuo,
Et iussa cuius sancta servas,
An Dominus tuus atque Nati.

Quod pectori vulnus dedit Is tuo,
Nemo negabit, vix medicabile,
Ni Spiritus Sancti levamen
Acceleret, quod & opto, sacrum.

Ercetus in primis dubia minus
Spe nec tacenda, luminis indies
Hac utriusvis claritate,
Quod redditura salus prior sit.

Is sed, futurus tempore qui Nō2,
Aptusq; qui tam sana levamina
Præbere contritis fuisset
Cordibus, en, modo fata clausit.

Illum quidem nunc nox cita sustulit,
Sed longior post hunc quoq; lux manet,
Quæ nescit ullam clara noctem,
Plausibus innumeris repleta.

Et taliter nunc atria cœlica
Binos JOANNES, pignora bina habent,
Vix unico Nato relicto
Hic, SAMUELE Tibi LUTHERO!
Super-


Goch-
Superstitem quem jam pia Numinis
Servent, ut & post incolumem diu
Solatio Vobis Vtrisque,
Tam Tibi quam Sociæ fidi.

Sc
Quare dolendo filiolum tuum
Peccas minus, quin das potius genis
Justas aquas, peccare culvis
Ingenuo licet hoc dolore.

Hoch-
Notanda vero est hæcce dies () Bona-*
Ventura, digno, tempore ceu fuit
Vsu receptum, qua recepit
Lumina filiolus, lapillo.

Queis TRINITATEM, quæ sibi par manet
Essentia & par quæ sibi Gloria
Divæ, videt non lumine orbus,
Sed videt HANC lepidis ocellis.

Gratemur ergo, tristitia procul
Omni remota hic, hanc metamorphosin
Lucemque Nato in tam beata
Sede: των φεν-γλυκού sic habeto.



OBELIQUA ET BELLARUM

TH. K.
J. G. L.
MICH.

4196